



CAPUT XX.

DE TESTAMENTO FACTO AD INTERROGATIONEM IN ALTERIUS. Et de captatoria voluntate, disputatur pro utraque parte controversa, et defenditur Glossa in lege inhemus, C. de testamentis, ad cuius exornationem multa notantur.

SUMMARIUM.

Testator simpliciter interrogatus, quæ velit esse heredem, si respondeat nominatim Petrum vel Paulum, valida est institutio. 1. Communicata voluntate tabellionis, si postea testator interrogatus respondeat per verbum sic valet testamentum. 2. Interrogatus testator ab aliquo an eum, vel alium ab eo nominatum heredem esse velit, si respondeat, quod sic, an valeat institutio, controversia est ce-lebris. 3. Et negativè respondetur à multis qui refe-

Heredis nomen propria voce testator exprimere debet. 4. Mutus testamentum facere non potest. 5. Confessio ad interrogationem alterius facta non emanat ex perfecta voluntate. 6. Facere qui tenetur voce, et manu propria non potest id per aliè explicare. 7. L. si vnus. 12. C. de testamentis traditur. 8. L. hac consultissima vers. At cum humana fragilitas, C. qui testament. facer. poss. ponderatur. 9. Testamenta non debent ab aliena voluntate pendere. 10. Forma testamenti ad interroga-

tio-

tionem non est iure inducta. 11. lege quod non cadetur in practica non habetur. 11. Testamentum ad interrogationem factum validum esse tenent multi qui referuntur. 12. L. nemo dubitat, ff. de heredib. instituend. traditur. 13. Stipulari potest nomine presentis, et per interpretem. 14. Stipulatio utroque loquente contrahitur, ibidem. L. 1. et 2. C. de sent. ex brev. recit. traditur. 15. Rogatio testium in testamento sufficit, quod fiat à notario, vel ab altero testatore presente. 16. Blanditis potest quis testatorem inducere, ut eum instituatur. 17. L. 27. tit. 1. part. 6. traditur. 18. L. si defensor. 10. §. qui interrogatus, ff. de interrogat. actionib. §. praterea, et §. quoties instit. de inutilib. stipulat. l. Pamphilo. §. propositum, ff. de legat. 3. l. hac consultissima, §. at cum humana fragilitas, C. qui test. fac. poss. traditur. 19. Voluntas testatoris inspicienda est, ut ad effectum perducat. 21. Interrogatio facta à notario est sine suspitione, si à testatore notarius vocatus sit. 21. Tabellio qui scribit in testamento testatorem nomine proprio

nominasse heredem, quando institutio facta fuit per interrogationem per dictionem sic, non est falsarius. 22. Actus non vitatur, propter defectum eorum quæ ad certitudinem requiruntur si per æquipolens certitudo aliàs possit intervenire. 23. Nutu potest aliquando testamentum fieri. 24. Mutus aliquando testari potest. 25. L. si defensorum traditis nu. 19. Interpretantur. 26. Institutio facta ad interrogationem non est captatoria voluntatis. 27. L. captatorias, ff. de hered. instituend. traditur. 28. Electio alicuius incerti de certis committi potest in arbitrium tertij. 29. Captatoria voluntas quæ dicitur. 30. et 31. Captatoria dispositiones dicuntur gratia repensatrices. 32. Authoritates maiorum non sunt improbandæ, maximè autoritas Glossa quæ prævalet inter opiniones, ita ut qui illi adheret nunquam erravit. 33.

Proxima est disputatio hac præcedenti, & ita meritò hic tractanda venit. Et ut certa ab incertis discernantur, supponendum in primis est,

ce-

celebrem hanc quæstionem de testamento facto ad interrogationem alterius nõ procedere, quando testator interrogatus quem velit hæredem instituire, ore proprio nominat hæredem, & respondit Paulum, vel Petrum, nã tunc equidem licet interrogatus respondeat, cum interrogatio simpliciter facta fuit, nullum vitium ex huiusmodi interrogatione considerari valet, & ita firma tenet institutio, & rectè conditur testamentum, argumet. *l. 1. §. qui quæstionem ff. de quæstionibus Antonius Gabriel lib. 4. receptar. sentent. tit. de testam. concl. 2. num. 6. Menoch. videndus de præsumpt. lib. 4. præf. 8. num. 37. vbi benè loquitur Gaspar Anton. Thesaurus li. 2. quæst. forens. quæst. 99. num. 11. Castillo tom. 5. controvers. cap. 73. fol. 116. col. 2. in fine. Polidorus Ripa de actis in articulo mortis cap. 61. num. 22.*

2 Non procedit etiam quæstio, quando testator composuit privatim cum tabellione testamentum, & omnia dictavit, & postea iussit vocari testes, & ad interrogationem notarij, qui legit testamentum, respondit quod sic, vel quando testatori ipse

expressit tabellioni voluntatem, qui de mandato illius scribit testamentum, quo lecto coram testibus, illud testator approbat per dictionem sic: quia in his casibus non respondit testator interrogatus, sed approbat, & confirmat, quæ de ipsius voluntate, & ordine per tabellionem scripta sunt *l. hac cõsultissima, C. qui testam. facer. poss. l. Paphilo, §. propositum, ff. de legat. 3. Flores de Mena lib. 1. variar. quæst. 1. num. 46. & 48. Matieus in l. 1. tit. 4. glos. 16. nu. 12. lib. 5. Recop. Suarez allegat. 1. num. 28. & num. 36. Castillo tom. 4. controvers. cap. 27. nu. 62. Menochius d. præf. 8. num. 9. & num. 34. Thesaurus vbi supra num. 14. Polid. Ripa d. cap. 61. num. 23. Fa chineus lib. 5. controvers. cap. 69. Surdus conf. 414. num. 54. Laderchius Immola conf. 39. num. 11. Caldas conf. 24. num. 10. & 14.*

3 Sed quæstio procedit, quando interrogat testatorem, an eum, vel alium ab eo nominatum hæredem esse velit, & testator respondet, quod sic: in qua duplex est sententia, altera antiquorum, qui partem negativam defendunt, & altera omnium ferè Doctorum, qui affirmant.

Ne-

Negativæ Authores sunt Albertus Papiensis, quem refert Ioann. Andreas in addit. ad Speculat. tit. de testamētis, §. primis vers. quid si num. 5. Nicolaus de Mathesilan. Et Baldus in l. iubemus col. 2. C. de testamentis. Paulus de Castro in l. hac cõsultissima, §. at cum humana 2. col. C. qui test. fac. poss. Iacobus de Arenas in l. hæredes palam, ff. de testament. Salicetus, & Fulgositus in Authent. non observato, C. de testament. Iason in dict. l. iubemus in fine. Ioann. Crotus in l. 1. §. si quis ita n. 21. ff. de verb. obligat. Antonius de Butrio in cap. cum tibi de testam. Padilla in l. in Epistola, C. de fideicommiss. num. 10. in fin. Michael Cifuentes in l. 3. Tauri num. 1. Salazar de vsu, & consuetudine cap. 3. nu. 7. Julius Clarus, §. testamentum quæst. 37. num. 5. Antonius Faber de erroribus Pragmaticorum tom. 3. Decade 69. error. 1. col. 1. in fin. Marsilius singular. 449. Corneus conf. 1. num. 3. lib. 4. & conf. 77. n. 1. lib. 4. Romanus cõf. 306. in fin. Calcaneus conf. 91. n. 2. Bellonus conf. 73. n. 14.

4 Horum opinio fundatur primo in d. l. iubemus 29. C. de testamētis, l. 6. tit. 3. part. 6. vbi pro forma testamenti, & falsitate eius vitada requiritur,

quod testator exprimat voce propria nomē heredis, quo nõ servato corrumpitur testamentum, voluit enim lex, ut falsitas, quæ in testamentis solet committi, quantum fieri potest, evitetur. Bald. ibi n. 4. vers. ego circa Iason ad finem. vnde non satis erit formam per æquipolens, adimpleri, cum nec nutu aut signis fieri valeat testamentum, ut supra dictum est capite antecedenti.

5 Secundo ex lege hæredes palam 21. ff. de testamentis, vbi scribitur hæredes esse palam à testatore nuncupandos, ita quod à testibus exaudiatur, qua de causa muto testamentum facere non permittitur, §. surdus neq; mutus instit. quib. nõ est permiss. fac. test. Vlpian. in instit. tit. 20. vers. mutus, ibi: Quoniam verba nuncupationis loqui non potest.

6 Tertio ex lege 1. §. in causa ver sic. sic qui quæstionem, ff. de quæstionibus, vbi confessio vnius ad interrogationem alterius facta non dicitur ex perfecta voluntate emanasse, nec admodum libera, quasi ab eo incitatus respondeat.

7 Quarto ex lege iubemus verbo manu sua, C. de erogat. milit. An non lib. 12. vbi qui voce, &

V ma-

manu propria tenetur aliquid facere non potest id per alium explicare.

Quinto ex lege *si vnus* 12. C. de testamentis, vbi cancellatio testamenti à testatore facta illud in parte, qua cancellatū ex proposito est, facit deficere non si ab alio.

Sexto ex lege hac consultissima vers. at cum humana fragilitas, Cod. qui test. fac. poss. vbi si testator committit voluntatem suam alicui scribendam, ipseque expressam declaratam scriptamque coram testatore, & testibus legat, valet testamentum: Ergo à contrario sensu si non fuisset declarata à testatore minimè valeret.

Septimo, quia institutio facta ad interrogationem videtur captatoria, & ab alieno pendere arbitrio, interrogantis nempè. At testamentorū iura per se firma esse oportet, nec ab aliena pendere voluntate, veteres definierūt *l. illa institutio*, ff. de hered. instituend. *l. captatorias*, *l. si quis Sempronium*, *l. ille institutiones*, ff. eodem cum traditis à Castillo lib. 4. *controver. cap. 36.* & lib. 2. *cap. 6. num. 18.*

Denique ratione probatur hæc opinio, quia talis

forma testandi non est iure inducta; ergo nec nos eam inducere debemus, quia lege quod non cavetur in practica non habetur. Bald. in cap. *nihil circa fin. de elect.* Et erubescimus cum sine lege loquimur. *l. illam C. de collat. Velasco axiomat. iur. lit. E. num. 60.* Et daretur occasio falsum committendi, & fabriandi in testamentis.

Contrariam opinionem indicatis, & alijs, quæ tradi solent, non obstantibus, tuentur Glossa in *d. l. iubemus*, §. oportet, vbi Cynus col. 2. Aretinus in *d. l. heredes palam in principio*, vbi Bartolus in fine princip. Immola in cap. *cum tibi de testament. num. 3.* Alexander *conf. 12. num. 6. lib. 1. & conf. 33. num. 9. lib. 3.* Socinus Senior *conf. 92. num. 16. lib. 3. & conf. 20. num. 5. lib. 4.* Socinus Junior *conf. 144. num. 13. lib. 2. & conf. 178. num. 16. & conf. 186. num. 26. eod. vol. Ruinus conf. 12. num. 8. lib. 2.* Decius *conf. 489. num. 3.* Gratus *conf. 30. num. 19.* Bertrandus *conf. 212. num. 17. lib. 1.* Craveta *conf. 117. num. 1.* Bellonus *conf. 62. nu. 8.* Alciatus *resp. 570.* Laurentius de Pinu *conf. 24. ex num. 3.* Silvanus *conf. 54.* Becius *conf. 86. & conf. 102.* Menochius videndus *conf.*

conf. 45. lib. 1. Sfortia Oddus *conf. 76. num. 9. & seqq.* Trentacinius *conf. 13.* Hódedeus *conf. 37. lib. 1.* Surdus *conf. 414. lib. 5.* Burgos de Paz *conf. 7. num. 15.* Farinacius *conf. 97. vol. 1.* Camillus Borrelus *conf. 37.* Laderchius de Immola *conf. 39.* Caldas Pereira *conf. 24. num. 8.* Fachineus *conf. 8.* Et ex decisionibus Afflictis *decif. 143. num. 3.* Boerius *decif. 35. num. 6.* Grammaticus *decif. 73.* Rota in *novissimis* 1. part. *decif. 638. nu. 1.* Gamma *decif. 46. nu. 5.* Alexander Raudensis *decif. Pisan. 45.* Gerardus Mainardus *lib. 5. decif. Tolos. 6.* Intrigliolus *decif. Sicilia 33.* Marta *decif. 89.* Adrian. Gilmanus *decif. 36.* Et ex Tractatibus Ioannes Dilectus de arte testandi *tit. 4. caut. 2. num. 1.* Antonius Gabriel *lib. 4. tit. de testam. conclus. 2.* Grafus §. *institutio quest. 17.* Mantica de *coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 6. n. 8.* Menochius de *presump. lib. 4. pres. 8. n. 16.* Gilchenius in *d. l. iubemus n. 7.* Fachineus *lib. 5. controvers. cap. 69. & 70. & lib. 10. cap. 17.* Thadeus Pifo *lib. 2. variar. c. 2. n. 16.* Ossualdus ad *Donellum lib. 6. cap. 21. lit. C.* Petrus Pechius de *testamentis coniugum lib. 1. c. 17. in initio.* Philippus Paschalis de

viribus patriæ potestatis, 2. p. cap. 8. n. 52. Marta de *success. legal. 3. part. q. 12. art. 1. & part. 4. q. 1. art. 3. ex nu. 11.* Gasp. Anton. Thesaurus *lib. 2. forens. q. 99.* Stephanus Gratianus *discept. forens. tom. 4. cap. 659.* Castillo latissimè *lib. 4. c. 27. & lib. 5. c. 73.* Cancorius *lib. 1. variar. cap. 4. n. 133.* Carpio de *executorib. testament. lib. 2. cap. 7. num. 23.* Flores de Mena *lib. 1. q. 1. num. 44.* Menchaca de *success. creat. lib. 2. §. 17. num. 52.* Pichardus in *§. fin. instit. de testament. n. 14.* Suarez *allegat. 1. num. 35.* Covarrubias in *cap. cum tibi num. 4. de testament. Peralta in Rub. de heredib. instituend. num. 81.* Gregorius Lopez in *l. 6. tit. 3. part. 6. glos. 1.* Antonius Gomez in *l. 3. Tauri num. 109.* Azevedus in *l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 157.* vbi optimè Matienzus *glos. 16. num. 6.*

Probatur primo hæc opinio ex lege *nemo dubitat.* ff. de hered. instituend. vbi si testator in præsentia alicuius dicat hunc instituo hæredem, valet proculdubio institutio; etiam si hæredis nomen non exprimatur. Ergo cum interrogatus testator, si velle respondeat constet iam de voluntate; valebit quidem institutio, quamvis non